pater: et ego mitto vos. Pater fi
lium misit: qui hunc pro redempti
one generis humani incarnari
constituit. Quem videlicet in mun
dum venire ad passionem voluit:
sed tamen amabat filium quem ad pas
sionem misit. Electos vero apostolos
dominus non ad mundi gaudia: sed
sicut ipse missus est ad passiones
in mundum mittit. Quia ergo et
filius amatur a patre et tamen ad
passionem mittitur: ita et discipuli
amantur a domino qui tamen ad passionem
mittuntur in mundo.

Sicut misit me pater
et ego mitto vos: id est ea
caritate vos diligo cum inter
scandala persecutorum mitto: qua me
caritate pater diligit: quem venire
ad tolerandas passiones fecit. Quamvis
mitti etiam iuxta naturam
divinitatis possit intelligi. Eo
enim ipso a patre filius mitti dicitur:
quo a patre generatur. Nam sanctum
quoque spiritum qui cum sit coaequalis
patri et filio non tamen incarna
tus est: idem se filius mittere perhibet
dicens. Cum venerit paraclitus:
quem ego mittam vobis a patre. Si e

nim mitti solummodo incarnari
deberet intelligi: sanctus procul dubio spiritus
nullo modo diceretur mitti: qui nequaquam
incarnatus est. Sed eius missio ipsa pro
cessio est, qua de patre procedit et filio.
Sicut itaque spiritus mitti dicitur quia procedit:
ita et filius non incongrue mitti dicitur
quia generatur. Hoc cum dixisset insufflavit
et dixit eis: accipite
spiritum sanctum. Quaerendum nobis est
quid est quod spiritum sanctum dominus noster et
semel dedit in terra consistens: et se
mel caelo praesidens. Neque enim alio lo
co datus [illegible] aperte monstratur: ni
si nunc cum per insufflationem perhibe
tur: et postmodum cum de caelo veniens
in linguis variis demonstratur. Cur
ergo prius in terra discipulis datur: post
modum e caelo mittitur: nisi quod duo sunt
praecepta caritatis, dilectio videlicet
dei et dilectio proximi. In terra datur
spiritus ut diligatur proximus: e caelo da
tur spiritus ut diligatur deus.

In illo tempore: Cum esset
sero die illo una sabbatorum et fo
res essent clausae ubi erant disci
puli congregati propter metum iudaeorum:
venit Iesus et stetit in medio, et
dixit eis. Pax vobis. Et cum